

petuum subicimus, hac quidem libertatis condicione, ut unus ex hoc loco Romane sedi singulis annis solvatur aureus. Noscatur vero, venerande pater, sanctitas vestra, qualiter in eodem loco tempore parentum uxoris mee castrum fuerat pridem et turris Babilonis constructa, et quomodo locus ille situ suo conveniens ante videbatur mundanis¹⁾ illecebris, eo magis nunc ad lesionem inibi Deo monastica vita serviencium, immo ad subversionem loci antiquus valde timetur hostis. Quapropter sub testificatione Dei sanctorumque omnium, sub obtentu quoque nostre devote servitutis, pater amande, sanctitatis vestre discretionem suppliciter implorantes flagitamus, quatenus eiusdem loci cum omnibus pertinentiis suis donacionem vestra dignanter auctoritas suscipiat, et ita sub cyrographo apostolice tuitonis et vinculo vestri²⁾ anathematis beato Petro et Romane sedi firmissime adstringat, ne huic per vos sic roborate tradicioni cuiusquam tyrannidis amodo temeraria potestas manus lesionis inponere presumat.

Oblata est autem Deo et beatis apostolis suis Petro et Paulo huius donacionis tradicio III. Kal. Marcii. Dominice incarnationis anno MCXLII. Indictione V. in loco qui dicitur Brem, Magdeburgensi cathedre C(onrado) archiepiscopo presidente, et Cûnrado II, alias III, regnante, presentibus testibus plurimis et idoneis, velud maior pagina ad vos prolata commemorat.

Abschriften vom c. 14. und c. 17. Jahrhundert (Elchingen Fasc. Nr. 1) im allgemeinen Reichsarchiv zu München.

Zuschriften dieses Inhaltes sind im Ganzen nicht zahlreich erhalten. Der vorliegende ist offenbar der mehr freundschaftliche, vom Markgrafen und seiner Familie geschrieben, diplomatisch durch das Schwanken zwischen Brief- und Urkundenform (wörtliche Aufnahme einer kurzen Schenkungsurkunde, feierliche Urkundendatierung) nicht uninteressant. Das officiële Actenstück, die rechtskräftig formelle Ueberweisung des Klosters an Rom, ist zum Schlusse mit maior pagina erwähnt, welche von vielen Zeugen unterfertigt sei. — Vergl. Lünig, Spicil. Eccl. III, S. 274; Schöttgen, Gesch. Conrads des Grossen, S. 287.

V.

Alvisus, Bischof von Arras, ersucht Papst Eugen III, für das Kloster Marchiennes (Diöc. Arras) eine Bestätigung der Altäre von Sailly (Dép. Nord oder Pas-de-Calais) und Gouy (Dép. Pas-de-Calais) auszustellen.

c. 1146. Sommer.

Domino et patri Eugenio, Dei gratia sanctę Romanę ecclesię summo pontifici, Alvisus Dei patientia Attrebatensis

1) 'mundane' Hs.

2) 'vestre' Hs.